et quilibet illorum suos pro interesse recognovit. Quia ipsi contractum certum
inter se de data die hesterna Prima Decembris in Mien confectum Vadio
Mille Centum Florenorum Polonicalium firmatum manibus suis subscriptum in Omnibus
eiusdem contractus punctis et conditionibus approbant roborant quin-
demque mutuo et invicem ex Omnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus cum
posteritate sua tam in toto quam in quavis minima parte tenere adimplere
se submittunt sub Vadio eorum Mille Centum Florenorum Polonicalium in casu
per aliquam partem alicuius conditionis non expletas ad solvendum suc-
cumbendo. Et Coram officio praesenti Castrensi Bransensi in primo Citationis Termino
peremptorie responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs
et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et
suos successores ex toto abscribendo et abrenunciando.

Zdzarska Asseccuratio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparens Generosus
Nicolaus Sakowski filius olim Jordanis in Sali sanus mente et
corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosae Sophiae Z
Zdzarska filiae olim Generosi Alberti Zdzarski coniugi suae legitimae et ipsis
legitimis successoribus Summam Trecentorum Florenorum Numeri et Monetae Po-
lonicalis in Omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus in haereditate Sali
consistentibus haereditarijs paternis Maternis obligatorijs et alijs se quovis
modo concernentibus Ubicunque locorum consistentibus nunc habitis et in post fa-
vente Divina clementia habendis et acquirendis modo certi veri ac
liquidi debiti mutuatarumque pecuniarum inscribit et assecurat Solvendam per
se aut Successores ad primam requisitionem eiusdem coniugis suae sive
ipsius successorum sub Vadio simili alienum Trecentorum Florenorum Polonicalium
in defectu solutionis ad solvendum succumbendo. Et Coram officio
praesenti Castrensi Bransensi in primo Citationis Termino peremptorie responsione
ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis
legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Success-
ores ex toto abscribendo et abrenunciando. Sub amissione suae summae succes-
sorum totius et integrae causae.

Sakowski cum Zdzarska Advitalitatis

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Bransensibus personaliter comparentes
Generosus Nicolaus Sakowski filius olim Jordanis in Sali sanus ab una
Et Generosa Sophia filia olim Alberti Zdzarski consors eiusdem Generosi
Nicolai Sakowski partibus ex altera sani mentibus et corporibus existentes
palam publice ac libere recognoverunt. et quilibet eorum suos pro inte-
resse recognovit. Quia ipsi inter se mutuam advitalitatem ex reciproco
Omnium et singulorum bonorum mobilium et immobilium in haereditate Sali
et alibi Ubivis consistentium haereditariorum paternorum Maternorum obli-

ga

paternis et alis quovis modo et iure titulo concernens ubilibet situorum
nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum
ad extrema vitae suae tempora resendunt et resendunt tali modo. Quod si prius
de hac luce deo volente Gnosum Nicolaum Salowski quam Modernam conthoral
eius Gnosam Sophiam Zdzarska decedere contigerit Extunc ipsa bona
eius omnia mobilia et immobilia in [illegible] et alibi ubivis consisten
super ipsum Maritum suum modo quovis ac iure titulo concernen cum universis
suis attinen. [illegible] omnibus ac in specie singulis utilibus fructibus proventibus
Nullis exceptis iure advitalicio tenebit et possidebit ac illis usq ad extrema
vitae suae tempora utifruetur Post mortem vero ipsius bona eadem omnia in
Successores eiusdem Mariti sui devolventur Simili etiam modo si prius ipsa
Gnosa Sophia Zdzarska quam Memoratus Gnosus Nicolaus Salowski
maritum eius mori contigerit Extunc ipsa bona eius omnia mobilia et
immobilia ubivis locorum consisten summas pecuniarias eandem conthoral
suam quovis iure titulo concernen quaecunq morte illius interveniente
derelicta fuerint tenebit habebit possidebit illisq ad extrema vitae suae
tempora utifruetur Post decessum vero ipsius bona eadem omnia in successo-
res eiusdem suae absq quavis contradictione successorum ipsius devolvi debent.

Zdzarskich Abrenunciatio.

Coram officio et actis praesentibus castren. capitaneal. [illegible] personaliter comparens Generosa
Sophia filia olim Gnosi Alberti Zdzarski consors legitima Gnosi Nicolai
Salowski cum eiusd. Mariti sui [illegible] conjugalis personali assisten
et consensu praesentaneo Sana mente et corpore existens palam publice ac libere
recognovit. Quia sibi Gnosus Laurentius Tolczylo Vitricus suus pro
Gnosis Stanislao Paulo Zdzarskie fratribus suis germanis dotem
competentem tam in paratis pecuniis quam et paraphernalibus ac
omni expeditione sua [illegible] pecuniis sexcentorum florenorum solvit ple-
narie et ex integro persolvit ac satisfecit [illegible] accepta sua ab ipso
Gnoso Tolczylo sufficienti satisfactione in ipsum Gnosum Laurentium
Tolczylo iure idem ius suum dotis de bonis Skrzypki et aliis ex
spectan paternis et Maternis se concernen transfert et transfundit
ac in personam ipsius bonis praefatis paternis et Maternis sup praefatis
fratribus suis ad persolutionem integram dotis per se [illegible] re-
[illegible] abrenunciat Dans et concedens eidem Gnoso Vitrico suo
omnimodam et absolutam facultatem ac plenariam potestatem
summas eiusmodi dotis a praefatis fratribus suis repetendi tollendi recupe-
randi, de levata quietandi bona vigore dotis se concernen respectu
transfusionis Modernae tenendi possidendi et ad persolutionem dotis [illegible]
fruendi Personali recognitione adid accedente.